



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

A Pavlo Qvinto Omnimode Svmmo Pontifice Creati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

A PAVLO QVINTO OMNIMODE  
SVMMO PONTIFICE CREATI.

LVDOVICVS DE TORRES Cardinalis & Ar-  
chiepiscopus Montifregalis, scripsit

Historiam Montifregalis sub alieno Ioannis Lu-  
douici Lelli nomine.

Aliâque nonnulla ad historiam Pontificum spe-  
ctantia quæ penes eius hæredes sunt. Obit  
anno 1609.

FRANCISCVS ex Comitibus de la Rochefoucaud  
Cardinalis Gallus, etiamnum Ecclesiæ maximo bono  
superstes, extremum etsi claudat agmen, minimè tamen  
inter eos qui scriptionem hanc insigniunt postremus  
censendus est. Optimâ enim apud omnes & meritissima  
famâ fruitur, euulgatis non ita pridem opusculis,

De Ecclesiæ autoritate, Et

De Statu Ecclesiastico, cui augendo & nobili-  
tando reliquis etiam purpuratorum cœtus  
qui vel nil panxerunt, operibus maioris mo-  
menti perpetim allaborat; cum machinæ  
iltius Ecclesiasticæ labor, cui suffulciendæ  
Pontifici Maximo fatigato velut Atlanti mu-  
tuas operas præstant, illos ita accubuos & de-  
uinctos habeat rebus gerendis, vt qui maximè  
ingenio & acumine pollent, negotiorum mole  
velut pondere prægrauati, librorum vix audeât  
vel valeant lucubrationes moliri, quos non  
minùs laureâ donatos habebis Lector quam  
reliquos, vt tui meiq; imò totius Christiani or-  
bis bono perenniter excubantes.